

- 65 Sis bonus o felixque tuis! en quatuor aras:
Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo.
Pocula bina novo spumantia lacte quotannis,
Craterasque duos statuas tibi pinguis olivi:
Et multo imprimis hilarans convivâ Baccho,
70 Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra
Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.
Cantabunt mihi Dametas, & Lydius Ægon:
Saltantes Satyros imitabitur Alphefibeus.
Hæc tibi semper erunt, & cum solennia vota
75 Reddemus Nymphis, & cum Instrabimus agros.
Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicada:
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
Ut Baccho Ceresique, tibi sic vota quotannis

80 Agri-

Uinum sit commodus, & propitius tuis! ecce quatuor aras, ecce duas tibi, & duo altaria Phœbo erecta. Singulis annis offeram tibi duo vasa recentis lacte undantia, & duo vasa pinguis olei: Præsertimque lætificans epulas copioso vino; ad ignem, si fuerit hiems, sub ambraculis, si fuerit æstas: effundam & calathis vina Chii, quæ sunt novum nectar. Dametas, & Ægon Cretensis mihi cantent: Alphefibeus exprimet choreas Satyrorum. Hæc in honorem tuum semper ferent, & cum solvemus Nymphis vota annua, & cum circumibimus campos cum hostia. Cuiusmodi semper amabit culmina montium, quamdiu piscis ames, & quamdiu aper alertent thymo, quandoque cicada rore: semper gloria, & nomen tuum, & laudes durabunt. Agrosque singulis annis se tibi vota facient, quemadmodum Baccho & Ceresi.

N O T E.

Cœli. Hi autem honores præcipue fuerunt: ut ædes ei in foro, ubi crematum ejus cadaver fuerat, construeretur: ut simulacrum ejus ludat Ciceronibus una cum simulacro Veneris circumferretur: ut, si qua victoria nunciaretur, ei scorum quasi victori sacrificaretur: ut qui in ejus ædem confugisset, ab injuria tutus esset. Et ab eo tempore Octavianus se Divi filium appellavit.

65. *Felixque tuis.* Felix dicitur, tam is qui habet felicitatem, quam is qui facit alios felices. Æn. 1. 334.

68. *Craterasque* Crater Græca vox; & a *κράτης* a *κράτος* miscro; istud autem a *κρη* cornu: quod veteres cavis cornibus, aut effidit in figuram cornuum poculis liberent, in hisque vinum aqua miscerent.

69. *Baccho.* Vino, cujus inventor Bacchus a poetis dicitur; Jovis ex Senecle filius *Διὸς υἱὸς* limator didus, quia ex utero matris fulminatus translatus in Jovis semur, inde maturo partus tempore iterum prodit. Orbem terrarum peragravit, Indos demuit, primus omnium triumphavit in vestus elephanto: turba stipatus temulentarum & vociferantium seminarum, quas ab eo Bacchas dixerunt. Supra v. 25.

71. *Arvisia nectar.* Ab Arvisio prætor ontario Chii insula, in mari Ægæo, ubi vinum exquisitissimum. *Nectar.* Petrus Decurum, ut *ambrosia* cibus: sæpe tamen promiscue sumuntur: utrunque in mortalitatem significat. Ne-

tar enim a *τι* privativa particula, & *πρωτα* occido; *ambrosia*, ab *ε* privativo, & *βρωσι* mortalitatis. Utrumque ministrarunt Diis Hebe, sive Juventa, & Ganymedes. *Calathis.* Poculis ad speciem calathorum formatis. Ecl. 2. 46. Et Martialis Apophor. 107. de calathis ait: Nos Satyri, nos Bacchos amat; unde patet calathum poculum quoque esse, non tantum canistrum.

72. *Dametas, &c.* Ecl. 3. 1. Ægon.) ab *ἄγος* capra: didus Lydius, a Lydo Creta insulae civitate.

73. *Alphefibeus.* Ab *ἄλφει* invenio, & *βίβλος*. Hoc loco nomen pastoris proprium est: sed apud Homerum Il. 18. 393. epitheton est puellarum, quo propter formam reperiebant multos juvenes, a quibus boves accipiebant numerum loco; quia opes omnes illis temporibus in gregebus sitæ erant. De Satyris Ecl. 6. in Arg.

74. *Et cum solennia vota.* Sacra Nymphis fieri solita; vel in agris, ut Turnebo placet; vel etiam in domibus, ut Victorio. *Solennia* sunt quæ *selem* in anno sunt, id est, feræ singulis annis.

75. *Et cum Instrabimus agros.* Sacrificium involvit didum *Ambraciale*. De quo Georg. 1. 347.

79. *Ceresique.* Ceres Saturni & Opis filia, mater Præserpina, quam a Plutone raptam fertur laboriosissime toto ære qualivis frugum, & cultus terræ, magna ex parte reperit.

80. *Damnata*

- 80 Agricole facient: damnabis tu quoque votis.
Mo. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neque me tantum venientis sibilus Austri,
Nec percussa juvant fluctu tam litora, nec quæ
Saxofas inter decurrunt flumina valles.
85 Me. Hæc te nos fragili donabimus ante cicuta.
Hæc nos, Formosum Corydona ardebat Alexim:
Hæc eadem docuit, Cujum pecus? an Melibœi?
Mo. At tu fume pedum, quod, me cum sæpe rogaret,
Non tulit Antigènes (& erat tum dignus amari)
90 Formosum paribus nodis atque ære, Menalca.

Tu quoque adiges eos ad vota solvenda. Mo. Quæ tibi, quæ tamen munera reponam pro tali cantu? Neque enim susurrus Austri ingruentis, nec ripe undis verberata sic me delectant, neque sibilus qui inter lapidosas valles volitantur. Me. Prius tibi dabo hanc tenuem sibilam: qua ego didici canere: Formosum Corydon amabat Alexim; eademque didici, Cujum pecus? an Melibœi? Mo. Tu vero, Menalca, accipe pedum insignis nodis equaliter distantibus & ære: quod Antigènes non obtinuit, licet a me sæpe peteret; & tunc tamen merebatur amari.

N O T E.

80. *Damnabis tu quoque votis.* Qui vota est, nascens: tunc enim potius est aura, suscipit, postulat aliquid a Deo, eidemque aliquid promittit. Si Deus promissa annuat, & crescit. De Austro, Ecol. 2. 58.

86. *Hæc nos, Formosum, &c.* Hæc eadem finitur damnare votis, vel voti, cum postulata annuit, & sic adigit votem ad exolvendum. *Formosum pastor Corydon, &c.* Item Ecolam 3. quæ incipit: Dic mihi, Damata: cujus pecus? an Melibœi?

88. *Pedum.* Virgam pastorem incurvam esse, & damnarentur ipsi vectorum, quædam: *formosum ære,* quo suppatum est, & nodis paribus, id est, nodis qui equali intervallo a se invicem distant.

82. *Venientis sibilus Austri.* Venientis, id

E C L O G A VI

* S I L E N U S .

A R G U M E N T U M .

SILENUS pueros Chromin & Mnasilum docet primam rerum originem, juxta doctrinam Epicuri; additque varias fabulas. Per Silenum, Syronem Epicureum Philosophum; per Chromin & Mnasilum, Virgilium & Varum, Syronis ea in Philosophia discipulos, intelligunt Interpretes. Certe Roma tunc temporis vigeat hæc secta plurimum. Et Virgilium quidem ostendit hæc Ecloga disciplina huic aliquando ad hæssisse. Nam consequentibus annis videtur ad Pythagoram aut Platonem deflexisse, cujus Philosophiam sequitur, Æn. 6. 724. Varum aut illum, de quo hic sermo, ab Epicuri disciplina, etiam in moribus, non abhorruisse conicio ex Ode Horatii 18. lib. 1. quæ ad eum scripta est, & plane Epicurum sapit. De Syrone utriusque præceptore habentur apud Ciceronem, & quod ipse Ciceronis amicus fuerit, Epist. Famil. 1. 6. 11. & quod vir optimus, doctissimisque Epicureus, De nob. 1. 2. 119. Quo eodem ex opere facile colligitur, eum in Italia floruisse ultima Ciceronis ætate: quæ ætate Virgilius, tum juvenis, operam ei dare potuit.

Ex hoc primo Eclogæ versu, Prima Syracosio, &c. sunt qui probent, hanc inter ceteras ordine temporis primam esse, eamque a Cicerone fuisse audiam in theatro, cum a Cicerone

36 de sine Lycoride mima cantaretur; unde ad suam & Virgilii laudem Cicero exclamavit: Magnæ spes altera Romæ. Sed hæc Donati somnia sunt, qualia multa somniavit. Videatur quippe Poeta profiteri Ecl. 1. venisse se primo Romanum, ut agros recuperaret suos: at Cicero annis ante Divisionem agrorum ferme duobus obijt, nempe sub initium Triumviralis proscriptionis anno U. C. 711. cum agri divisi non sint nisi anno U. C. 713. invene. Immo probo ego ex iisdem versibus, hanc non esse primam: Prima Syracosis dignata est ludere versu: igitur non jam primam, sed antea etiam luserat; idque unum significat, se primum omnium inter Latinos bucolicam scribendam et Græcia seu Sicilia transulisse. Quo autem oratæ ac tempore hæc scripta sit, incertum est.

N O T Æ.

SILENUS. Senex, Bacchi nutritius & pædagogus: semper asino vehi, semper ebrius describi solitus: cornuto capite, simis naribus: magnæ tamen solertiæ; unde dicitur multa sapienter disseruisse regi Midæ: memoraturque rex Antigonus veritise sibi laudi, quod ab hostibus propter deformitatem quàm Silenus rideretur, ut est apud Senec. De Ira l. 3. 22. Nomen si- lenus a silentijs, cavillari, ex Pan. Mercurii filius; a silens, omne: de quo multa Ecl. 2. 31. Tuum, a sendo disti: quia silvestribus in locis affari homines & alloqui putantur: quod ajunt in prælio Romanos inter & Etruscos de restituendis in regnum Tarquinios accidisse: voce e silvis erumpente, quæ Romanos bono esse animo jubere. Silvanus & Silvani, a silvis disti Ecl. 10. 24.

li Eremitæ, unum quoque a S. Antonio vi- sum esse testatur: itemque alium ab omni Alexandrino populo, Constantini temporibus. Alii tamen hos inter spectra aut naturæ monstra referunt, totumque id genus revocant ad fabulas. Nomen deducit Elianus a silentijs, quod est, os habere in modum vitæ canini conformatum: Calaubonus a Do- apud Senec. De Ira l. 3. 22. Nomen si- lenus a silentijs, cavillari, ex Pan. Mercurii filius; a silens, omne: de quo multa Ecl. 2. 31. Tuum, a sendo disti: quia silvestribus in locis affari homines & alloqui putantur: quod ajunt in prælio Romanos inter & Etruscos de restituendis in regnum Tarquinios accidisse: voce e silvis erumpente, quæ Romanos bono esse animo jubere. Silvanus & Silvani, a silvis disti Ecl. 10. 24.

PRIMA Syracosis dignata est ludere versu Nostri, nec erubuit silvas habitare Thasias. Cum canerem reges & prælia, Cynthias aurem Vellit, & admonuit: Pastorem, Tityre, pingues Pascere oportet oves, deductum dicere carmen. Nunc ego (namque super tibi erunt qui dicere laudes,

INTERPRETTATIO.

Musa mea, prima omnium, dignata est canere Sicula carmina: nec tam puduit incolere: nemora. Cum canerem reges & bella, Apollo mihi vellicavi aurem, & me sic admonuit: Tityre, decet pastorem pascere pingues oves, & componere tenues versus. Ego nunc, o kare, exercebo

N O T Æ.

1. Prima Syracosis. Primus e Latinis non sum designatus scribere carmina bucolica ad imitationem Theocriti Syracusani. Syracosis: ut brevis esset syllaba tertia, quæ aliqui longa est in Syracosis, Siciliæ urbs Siciliæ tunc amplissima: urbes olim quatuor, ex Cicrone; quinque ex Strabone, ambitu suo complectens. Nunc Saragosa. 2. Thasias. Una e novem Musis, comædia & ludicrorum præles: a Thasias, Thasos, exiliorum. 3. Cum canerem reges. Dicitur Virgilius res Albanas primo tractandas suscepisse, sed abiecit deinde opus, & ad bucolica stu-

diu convertisse. Cymbibus. Etia Cynthia, nomina Apollinis & Dianæ; quæ nati ambo in insula maris Egæi Delo, ubi mons est Cymbus. 4. Aurem vellit. Proverbialiter dictum, pro admonuit; sive quia, ut vult Erasimus in jus ituri vellicabant aurem illius, quem esse talem volebant: unde Horat. Sat. l. 1. 9. 76. Licet antestari? Ego vero Oppono auriculam. Rapit in jus. Vel quia, ut vult Servius, auris memoriæ consecrata est, quemadmodum frons Genio, & digiti Minervæ. Tityrum hic fræ appellat Virgilius, ut Ecl. 1. 1. 3. Deductum Carmen, id est, tenue; a la-

Vare, tuas cupiant, & tristia coadere bella) Agrestem tenui meditabor arundine Musam. Non injusta cano: si quis tamen hæc quoque, si quis Captus amore leget; te nostræ, Vare, myricæ, Te nemus omne canet: nec Phæbo gratior ulla est, Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. Pergite, Pierides. Chromis & Mnasilus in antro Silenum pueri somno videre jaacentem, 15 Inflatum hesternum venas, ut semper, Iaccho. Serta procul tantum capiti delapsa jacebant:

N O T Æ.

na, quæ ad majorem tenuitatem nendo deducitur. Horat. Epist. l. 2. 1. 225. Tenui deducta poemata sfo. Tibul. l. 1. 3. 36. Deducat plena stamina longa colo. 7. Vare, &c. De illo magna lis apud Interpretes. Alii enim laudes illas attribuunt P. Alpheo Varo; alii P. Quintilio Varo; alii Quintilio Cremonensi, quem item Varum vocant. Constat hos tres Virgiliæ æquales fuisse. Et Alpheus quidem Varus, Servii Sulpicii jurisconsulti discipulus, jurisconsultus ipse fuit celebris: quæ arte tutoria, aut, ut volunt alii, tonforia, ad consultatum adrepsit, an. U. C. 755. Digestorum libros scripsit quadraginta. Laudatus a Gellio propter studium antiquitatis, lib. 6. 5. Ab Horatio memoratur propter rusticitatem Sat. lib. 1. 3. Ab interpresibus Horatii, Cremonensis dictus. Tamen huic non pato dicatam esse hanc Eclogam; tum quia nulla laude bellica, sed una forensi claruit: tum quia, cum tutor dicitur fuisse, nec ad consultatum nisi diu post obitum Virgiliæ pervenerit; non videtur ejus fortuna tum, cum Eclogæ scriberetur, satis Virgiliæ fortunæ præstitisse, ut hic illi tam effusis laudibus adularetur. Quintilius vero Cremonensis, de quo sic Eusebii Chron. ad annum primum Olymp. 189. qui responderet anno U. C. 730. Quintilius Cremonensis, Virgiliæ & Horatii familiaris, moritur; idem ille est, quem Servius Virgiliæ cognatum appellat; & ejus in morte Horatius Virgiliū consolatur, Od. l. 1. 24. Sed huic anemine, præterquam a Grammaticulis Vari cognomen tribuitur. Omnino igitur laudes istæ ad P. Quintilium Varum referendæ sunt: qui magnis numeribus sub Augusti imperio mortuus est. Consul an. U. 701. Syrix de- enim erat ebrius non mos. Captus coronam mihi in caput, assimilato me esse ebrium, Plaut. in Amphit. 3. 4. 16. Capti. pro capite. Sic G. 1. 267. Nunc torret igni fruges.

- Et gravis attrita pendebat cantharus anfa.
 Aggressi (nam saepe senex spe carminis ambo
 Luserat) insciant ipsi ex vincula fertis.
 20 Addit se sociam, timidisque supervenit Ægle,
 Ægle Naiadum pulcherrima; jamque videnti
 Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
 Ille solum ridens: Quo vincula nectitis? inquit:
 Solvite me, pueri: satis est potuisse videri.
 25 Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
 Huic aliud mercedis erit: simul incipit ipse.
 Tum vero in numerum Faunosque feratque videres
 Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
 Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes,
 30 Nec tantum Rhodope mirantur & Hæmarus Orphea.
 Namque caebat, uti magnum per inane coacta

Semi-

Et grande poculum suspensum erat per ansam attritam. Hunc invadentes, insciant vincula conteste ex ipsi coram: saepe enim ille senex utramque deceperat spe versuum. Ægle adjungit se sociam, & accedit parvulis: Ægle formosissima Naiadum: Et ipsi, jam oculos aperientes, linit frontem, & tempora moris rubris. Ille ridens fraudem: Cur, ait, implicati mihi vincula? expedite me ex his, o pueri: sufficit quod potuimus deprehendi a vobis. Audit versus quos petitis: vobis versus; huic Ægle aliud premium erit: simul ipse incipit. Tunc vero acciteres Faunos & seras saltare ad cantum, tunc duras quercus cacuminibus nutare. Nec mos Parnassus adeo letatur Apolline, nec Rhodope & Hæmarus adeo mirantur Orpheum. *Semina enim quomodo*

N O T Æ.

17. *Cantharus.*) Vas vinarium, in formam Scarrabæi, qui *cantharus* dicitur. Baccho sacer est: unde notatus superbia C. Marius, quod post victoriam Cimbricam cantharis potare Liberi patris exemplo ausus fuerit, ex Plin. l. 33. 11.
 18. *Ambo.*) *Ambo* Latina forma, *ambo* Græca, *ἄμφο*. Sic *duos & duo*, *ἄμφο*. Ecl. 5. 63. *Craterasque duos statuum.* *Æn.* 11. 285. *Si duo præterea tales Idæa insisset Terra viros.*
 21. *Ægle Naiadum pulcherrima.*) *Ab ἄγλη*, *ἄγλη* Nymphæ nomen, *Nεῦρα* & *Solis* *ἄγλη*. De *Naiadibus* Ecl. 2. 46. Dicuntur *Naiades*, quadrisyllaba voce, ut hic; vel *Naiades*, aut *Naiades*, trisyllaba voce, ut Ecl. 10. *Naiades indigno cum Gallus amore periret.*
 22. *Sanguineis frontem moris.*) *Moris*, fructus arboris mori: Ital. *Morsfrutto* noto. Vocat *sanguinea*, quod candida cum esset prius, e sanguine Pyrami & Thysses ruborem inducunt. *Ovid.* Met. 4. 54.
 24. *Satis est potuisse videri.*) *Supple*, ad imperandum quod vultis: *quia*, inquit *Servius*, *semidici, cum voluntantum, videntur*: atque adeo, id videri volunt, signum est eos velle videntibus postulata concedere. Vel sensus est: *Solvite me, satis enim ludi est, quod visus sum vobis, qui ligari possem.*
 27. *In numerum Ludere.*) *Salutare* ita, ut motuum ratio & mensura cantuum rationi & mensuræ respondeat. De *Faunis*, in notis ad argumentum hujus Eclóg.
 29. *Parnassia rupes.*) Mons in Phocide, Cithæ-

roni & Heliconi vicinus; gemino vertice: quorum alter *Nisa* vocatur, Baccho sacer; alter *Cithra*, Phœbo Músique dicatus.

30. *Rhodope.*) Mons Thraciæ, nivibus semper horrens, ad Euxinum mare protensus, ex quo Hebrus profluit. *Hæmarus.*) Plur. *Hæmaria*: mons alter, in maritima regione Thraciæ; non procul ab ostiis Hebrî. Hæc loca peragravit Orpheus vates, de quo G. 4. 454. De *Orphea*, ib.

31. *Namque caebat uti &c.*) *Origo Mundi*, juxta opinionem Epicuri Philosophi Atheniensis, ex Opaldo Gargeto: qui natus anno ante Christum circiter 341. regnante in Macedonia Philippo, Alexandri patre, ex calculo senex obiit. Cuius Philosophiam de rerum natura versibus persequutus est Lucretius. Staturebat igitur duo rerum principia, *plenum* & *inane*: quia quicquid est, vel continetur, & est *plenum*; vel continet, & est *inane*. *Inane* vocabat, *ipatum* usquequod diffusum, carens corporibus; *plenum* appellabat, atomos, sive minuta corpuscula, toto inani volitantia, quæ hic a Virgilio *semina* vocantur: quorum ex sortuito concursu coalescunt illa quatuor, quæ dicimus elementa, ignis, aqua, terra, & aer. *Aerem hic animam* vocat, post Lucretium l. 6. 577. *Ventus ubi, atque animæ subitæ vis maxima quædam.* *Quia animalibus & spirabilis est*, ex Cicero de *Deor.* Nat. l. 2. 91. Ex his porro elementis, inter se ordinatis ac temperatis, cælum, sol, animalia, cæteraque deinde formata sunt.

- Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent;
 Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
 Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.
 35 Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
 Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
 Jamque novum ut terræ stupeant luceferæ solem,
 Altius atque cadant submotis nubibus imbres:
 Incipiant silvæ cum primum furgere, cumque
 40 Rara per ignotos errent animalia montes.
 Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna,
 Caucaasque refert volucres, furtumque Promethei.
 His adjungit, Hylan nautæ quo fonte relictum
 Clamassent: ut litus, Hyla, Hyla, omne sonaret.
 45 Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
 Paphiaen nivei folatur amore juvenci.

Ab,

semina terrarum, & aeris, & maris, & simul puri ignis, congregata fuerint in immenso vacuum: ut ex his primis omnia principia, & ipsa moles recentis mundi coalesceret. Deinde quomodo terra creperit solidari, & aquas dispellere a se in mare, & accipere sensim species rerum. Postea quomodo terra miraretur solem recentem emicare, & quomodo pluviae deciderent et nimbiis alie remotis a terra: cum memora tunc inciperent crescere, & cum animalia adhuc rara vagarentur per montes nondum cognitos. Deinde narrat saxa projecta a Pyrrhæ, tempora Saturni, & aves Caucaas, & ignem subreptum a Prometheo. Adit his rebus, quem ad fontem Argonautæ alie vocassent Hylan amissum: quomodo ripa omnis referret: Hyla, Hyla. Et ob amorem tauri condolet Paphiæ, scilicet, si nunquam tauri fuissent.

Ab,

N O T Æ.

35. *Solum.*) Primo dicitur de planta pedis. Sic *Lucr.* l. 1. 924. *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.* Hinc *sola* dicta, quæ partem illam pedis obtegit. Hinc & *solum* pro terra vulgo sumitur, ex *Varr.* l. 4. de *L. L.* quia *solo*, id est, planta pedis teritur. Neque pro terra tantum, sed pro unaquaque re, quæ alteri supponitur, eamque sustentat. Pro mari, *Æn.* 5. 198. *Vastis tremis iâibus ærea puppis, subtrahiturque solum.* Pro cælo etiam. *Ovid.* Met. 1. 73. *Ætra venem caeleste solum.* Frequentius tamen pro terra, tam in singulari, quam in plurali numero. *G.* 1. 80. *Né fatuare sino pingui padas sola.*

Discludere Nerea ponto.) *Pontus* hic usurpatur, non pro aquis, sed pro loco, sive cavitatibus terrarum, in quibus aque segregatæ sunt. *Nereides* vero sumitur pro aquis ipsis. Is juxta Orpheum, Deorum antiquissimus est: juxta alios, Oceani & Thythos filius. Idem ex *Doride*, sorore & uxore sua, maximam Nympharum marinarum turbam suscepit, quæ *Nereides* dictæ. *Nerea*, æcufativus Græcus.

41. *Lapides Pyrrhæ &c.*) *Pyrrha* Deucalionis uxor fuit, quæ apud Thessalos regnante, contigit diluvium: ex quo servati duntaxat hi duo, & navicula delati in Parnassum qui montium omnium unus aquis submersus non fuerat. Ibi Thetidis oraculum consuluerunt de reparatione generis humani: acceptoque responso, ut magnæ matris ossa post tergum proiecissent, lætæ e terra omniparente lapides

proferere: quorum qui sunt a Deucalione pro-
 jecti, in mare; qui a Pyrrha, in fecinas con-
 tinuo mutati sunt. *Ov.* Met. 1. 318. De *Saturni regno*, Ecl. 4. 6.

42. *Caucaasque, &c.*) *Prometheus*, Japeti filius ex Asia conige, Deucalionis pater: cum ignem e cælo furatus esset, admoa solis curru facie & ferulis confectus, eoque igne, vel hominem a se e luto formatum animasset; vel, ut narrant alii, plurimas artes ad usum hominum reperisset, a Mercurio jussu Jovis in Caucaas scopulo ligatus est: vulture, aut aquilæ pectori ejus affixæ pertendendo adhibita. *Caucaas*, Asia: mons notissimus, inter mare Euxinum & Caspium.

43. *Hylan nautæ quo fonte, &c.*) *Hylas* puer, deliciae Herculis, ejusque comes in Argonautica expeditione. Is cum e navi descendisset ad aquationem, in ripam fontis incumbens urnæ pondere demersus est: a Nymphis, ut fabulantur, raptus; ab Hercule & Argonautis diu frustra inelamatus. Unde in ejus memoriam solenniter eo in loco inscriptæ sunt inelamationes, & cursitationes populi, ex *Solino* c. 42.

Quo fonte.) *Quis enim fuerit ambigitur. Solinus Hylam fontem & lacum assignat, qui Prusiam Bithyniæ urbem alluit. Alii Acanthium ejusdem regionis fluvium, &c.*
 44. *Hyla, Hyla, omne.*) Græci vocalem longam ante aliam vocalem raro elidunt, & sæpe cortipiunt. Ita hoc loco Virgilius.

46. *Paphiæen.*) *Filia Solis* fuit: nomen a parte

190
 Ah, virgo infelix, quæ te dementia cepit?
 Præcides implerunt falsis mugitibus agros:
 At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est.
 50 Concubitus, quamvis collo timeisset aratrum,
 Et sæpe in levi quæsisset cornua fronte.
 Ah, virgo infelix, tu nunc in montibus erras!
 Ille, latus niveum molli fultus hyacintho,
 Illic sub nigra pallentes ruminat herbas:
 55 Aut aliquam in magno sequitur grege. Claudite, Nymphæ,
 Diææ Nymphæ, nemorum jam claudite saltus:
 Si qua forte serant oculis sese obvia nostris
 Errabunda bovis vestigia. Forsitan illum,
 Aut herba captum viridi, aut armenta secutum,
 60 Perducant aliqua stabula ad Gortynia vacæ.

Tum

Ab, mulier misera, quæ insaniam te occupavit? Filia Præci repleverunt campos falsis mugitibus: nulla tamen earum quæserit tam insanes amplexus pecudum; licet metueret suo collo iugum aratri, & sæpe exploraret cornua in fronte posita. Ah, mulier misera, tu jam vagaris per montes! taurus vero reclinans candidum latus in teneris hyacinthis, sub umbrosa ilice vestigat herbas pallidas, vel consecretur aliquam vaccam in numeroso armento. O Nymphæ, Cretenses Nymphæ! claudite jam, claudite saltus sylvarum: ut videamus, an forteque alieubi vaga vestigia tauri se nostris oculis offerant obvia. Forsitan aliqua vacca alieubi illum ad stabula Gortynia, aut sciantem greges, aut cupidum corvidis herba.

Deinde

N O T Æ.

patre deductum, qui *æm edes omnibus lucet*: uxor Minos regis Cretæ: quæ tauri amore capta, & Dædali artificis ope vacca lignæ inclusa, Minotaurum et taurum peperit, semihominem & semibovem. Reliqua *Æn. 6. 26. Virgineum* vocat, est iam Phædra, Ariadnes, & Androgei matrem: Plauti, Terentii, & Euripidis exemplo; qui sic appellat corruptam etiam quamlibet feminam, modo junior sit.

48. *Præcides*.) Filia Præci regis Argivorum, & Antia, vel Sthenobææ. Hæc cum se Junoni forma æquipararent, ab illa in eam rabie formæ adæque sunt, ut vaccas se putarent: postea sanata: sunt a Melampo. *Falsis* mugitus vocat, quia te ipsa non erant vacca, sed vano errore decepta sæpe frontem tentabant, explorabantque num cornuæ essent.

54. *Ruminat*.) *Rumen* est pars eminentis gutturis, cuius in civitate demissis cibi, a quibusdam animalibus revocantur, & reguntur; quod *ruminare* dictum est.

Pallentes herbas.) Quia calore stomachi viriditatem amiserunt, cum remanentur. De *hyacintho*, *Ecl. 2. 63. De Illice*, *Ecl. 1. 18.*

55. *Claudite, Nymphæ, &c.*) Verba sunt, vel Paphæas, quam Silenus loquentem inducit ad Nymphas: vel ipsius Sileni Paphæas solantis, & Nymphas precantis, ut ei in inveniendo tauri opem ferant.

56. *Claudite*.) Retibus, sive indagine; quomodo feræ clauduntur in venatione, ne augmentant.

Saltus.) A saltando: pars est silvarum, vel

in qua spissæ arbores exsiliunt & adsurgunt altius, ut lido placet, vel portus, ut Varroni, pars vacua & expedita ab arboribus, ubi pecudes libere pascant & exsiliunt. Ita *G. 3. 143. Saltibus in vacuis pascant. Diææ*.) a Diæ, qui mons est in Creta celebris, cuius in antro apes Jovem infantem alere. *G. 4. 152. 58. Forsitan illum, &c.*) Fortasse, nisi clauditis silvas, effugiet stabula ad Gortynia. *Gortynia*, vel *Cortyna*, oppidum Cretæ mediterraneum, lactioribus pabulis insignis, vi præterea Solis armenta fuerunt.

61. *Hesperidum miratam mala puellam*.) Atlanta est, filia Schenei regis in Seyro, maris Ægæi insula, quæ cum prociis curiu contendebat ea lege, ut victori nubere, viduum occideret. Victa tandem est ab Hippone, Martis, vel Neptuni nepote: dum aureis malis, quæ ab illo projecta inter currendum fuerant, colligendis occuparetur. Mala Hippomeni dederat Venus, ex horto Hesperidum. *Hesperides* fuerunt tres, Ægle, Arethusa, & Hesperithusa: filia Hesperii, qui frater Atlantis fuit. Hæc ad Lixum, Mauritaniam oppidum, hinc incolebant aureis arboribus pretiosis, & a pervigili dracone custoditos: quem Hercules occidit, fructusque deprædatus est.

62. *Phæontidas*.) Sorores Phæontis filia Solis, a quo diææ quoque sunt *Heliaides*, Phæactusa, Lampetie, & Lampetusa: quæ nimio luctu ob fratrem dejectum e curru Solis in Eridanum, mutatae sunt, vel in alios, ut hic narrat Virgilius; vel in populos, ut

191
 Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:
 Tum Phæontidas musco circumdat amara
 Corticis, atque solo proceras erigit almos.
 Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
 65 Aonas in montes ut duxerit una fororum;
 Utque viro Phœbi chorus adfuererit omnis:
 Ut Linus hæc illi divino carmine pastor,
 Floribus atque apio crines ornatus amaro,
 Dixerit: Hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ,
 70 Aseræo quos ante seni: quibus ille solebat
 Cantando rigidas deducere montibus ornos.
 His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
 Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo.
 Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,

Can-

Deinde tantat virginem admiratam poma Hesperidum. Deinde cingit sorores Phæontis musco corticis amare, & attollit e terra excessas almos. Deinde cantat quemadmodum una Musis duxerit in colles Boætiæ Cornelium Gallum, deambulantem circa fuenta Permessi, & quemadmodum totus chorus Apollinis adfuererit huic viro. Quemadmodum Linus pastor, coronatus floribus & acri apio, hæc illi dixerit divinis versibus: En sume, Musæ dant tibi hanc fistulam, quam prius dederant Aseræo seni; qua ille canendo solebat evocare duras ornos & montibus: hæc fistula celebratur a te origo Grynææ silvæ; ut nulla sit silva, qua magis Apollo gloriatur. Quid dicam, ut memoraverit, aut Scyllam Nisi fistulam, quam rumor tulit,

Can-

N O T Æ.

ut *Æn. 10. 190. Ovidius* vero *M. 2. 361.* ait licone pasceret, accepit a Musis non calamos quidem, sed lauri virentis ramum, in Eridanum lacrymarum instar stillare. Strabo Cumam Æolicam ipsi patriam assignat, est quiescunt extimo arborum cortici quasi lanuginosum & villosum adhaeret. *Cortex* masculini & feminini generis.

64. *Permessi ad flumina Gallum*.) *Permessus*, fluvius Boætiæ, ex Helicone profluens. *Gallum*.) De eo, *Ecl. 10.* in Argumento.

65. *Aonas in montes*.) Heliconem & Cithæronem, montes Boætiæ; quæ primo Aonia dicta est, ab Aone Neptuni filio, qui montanis ejus regionis gentibus imperavit: deinde Boætiæ, a bove, cuius ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi Thebas condidit. *Ovid. Metam. 3. 14.* Hinc Musæ *Amidæ* appellatae, quia facer est ipis Helicon.

66. *Phœbi chorus*.) Musæ novem, vel postea. *Adfuererit*.) Surrexerit e sedibus, honoris causa. *Linus*, Apollinis & Terpichoros filius, *Ecl. 4. 56.*

68. *Apio*.) *Apium*, Ital. *Apio* forte dicitur herba coronaria, qua & sepulcra spargi solebant ex Suida; & victores Isthmicis Nemeisive ludis, itemque epulantes, coronari, ex Horatio *Od. 1. 2. 7. 23. Quis nido deproperare apio coronas, curvate Myrto? Quem Venus arbutum dicebat bidenti?* Ergo ad luctus & delicias idonea.

70. *Aseræo quos ante seni*.) Hesiodo, cuius patria *Asera*, vicus Boætiæ, in dextero Heliconis latere situs: qui ut ipse de se fabulatur in libro Theogoniam, cum agnos in Helicone pasceret, accepit a Musis non calamos quidem, sed lauri virentis ramum, in Eridanum lacrymarum instar stillare. Strabo Cumam Æolicam ipsi patriam assignat, unde cum Dio patre commigravit Africanus. Hunc alii Homero antiquiorem, alii æqualem, nonnulli juniorum putant. Lis adhuc pendet.

71. *Ornos*.) *Ornus* Fraxinus silvestris & montana: Ital. *orno*.

72. *Grynæi nemoris*.) *Gryniun*, juxta Scæronem, oppidum fuit Æolidis: ubi templum Apollinis candido e lapide, & lucus eidem sacer fuit: locus oraculis insignis. *Gallus* autem, de quo fuit dicemus *Ecl. 10.* fertur reddidisse Latinis versibus quaedam ex Euphorione Poeta Chalcidensi: Suidas vero, inter filios Euphorionis opera, memorat *Mopsopia*, sive *Consula*: in quibus varias historias, imò primæque multa de oraculis, narrabat. Quo in opere probabile est originem Grynæi oraculi fuisse descriptam, eamque partem a Gallo Latine redditam esse.

74. *Quid loquar? aut Scyllam, &c.*) Duplex vulgo *Scylla* distinguitur: altera *Nisi* Messarenium regis filia, quæ patrem, exsecto tali ejus capillo, prædidit hosti Minoi, cuius amore flagrabat: & in avem Cirim est conversa. Ciris quibusdam est Ital. *Garga* forte dicitur, quibusdam est Ital. *Tromlone* forte dicitur, quibusdam, Ital. *Loiola*. Altera *Phœbi* filia, quæ cum amaretur a Glaucoco, per Circes invadum mutata est inferiori parte corporis in caninos rictus, forte quo

- 75 Candida succinctam latrantibus inguina monstis,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto,
Ah! timidus nautas canibus lacerasse marinis?
Aut ut mutatos Tereï narraverit artus?
80 Quo cursu deserta petiverit, & quibus ante
Infelix sua tecta supervolaverit alis?
Omnia quæ, Phebo quondam meditante, beatus
Audit Eurotas, iussitque edificere lauros,
Ille canit: pulsa referunt ad sidera valles.
85 Cogere donec oves stabulis, numerumque referre
Jussit, & invito processit Vesper Olympo.

cinctam latrantibus monstis circa alba crura, disturbasse naves Ulyssæ, & in profundo mari
laniasse, heu! nautas pavidos canibus marinis? Aut ut memoraverit corpus Tereï conversum
in upam; quos citos, quæ munera Philomela illi præparaverit: qua celeritate abierit in de-
serta; & quibus penis miser volaverit super domum prius suam. Silenus cantat omnes fabu-
las, quas felix Eurotas olim audiit, Phebo canente, & jussit ut lauri discerent: valles reper-
cuisse referunt cantus ad caelum, quousque Hesperus apparuit, caelo invito, & coegit pastores
colligere oves in stabulis, & recessere numerum earum.

N O T Æ.

quo lavari solebat, veneficiis infecto: cu-
jus deformitatis horrore Siculum in fretum
se præcipitem dedit, ibique in scopulum est
conversa; non longe a celebri voragine,
cui Charybdis nomen est: de qua Æn. 3. 420.
Hoc loco valida tempestate jactatae sunt na-
ves Ulyssæ, regis Ithacæ & Dulichii, insu-
larum in jonio mari. Igitur plerique Virgi-
lium acculant, quod utramque fabulam con-
fuderit, tribueritque Scyllæ Nisi, quæ ad
Scyllam Phœni pertinet. Idemque non ma-
le verum emendant ex fide MSS. legunt-
que: Quid loquar, an Scyllam Nisi, aut quam
fama, &c. Vel: Quid loquar, aut Scyllam Nisi,
aut, &c. Cerdanus tamen vulgarem lectio-
nem tuetur exemplo Ovidii, Amorum l. 3.
12. 21. qui Scyllæ Nisi canes quoque attri-
buit: Per nos, Scylla, patri canos furata capil-
los, Pube premit rabidos inguinibusque canes.
Item Propert. l. 4. 4. v. 37. Quid mirum in
patrios Scyllam servasse capillos, Candidaque in
sarcos inguina versa canes?
78. Tereï, &c.) Philomela & Progne filiaz
faerunt Pandionis, Athenienium regis.
Tereus rex Thraciæ Progenem uxorem du-
xit, ex eaque suscepit Ilym filium. Postea
Philomelæ stuprum inultit, eique linguam
abscidit, ne scelus evulgaret: quo tamen
in tela descripto, utraque soror Ilym juva-
vit, & Tereï dedit epulandum: prolato
deinde sub finem epularum capite pueri, cum
Tereus fristio enis in ultionem raperetur,
ipse in upam avem mutatus est, Ital. Lub-
bela uccel. Philomela in luciniam, Ital. Ro-

signuolo; Progne in hirundinem, Ital. rondi-
ne; Ilyis in phasianum, Ital. faglano.

82. Omnia quæ, &c.) Quas omnes fabu-
las audiit Eurotas fluvius ab Apolline; cum
Apollo eius in ripis versaretur, ob amorem
Hyacinthi, Laconis pueri.

83. Eurotas.) Laconia fluvius nobilis, or-
tus in Arcadia, lauris frequentibus inum-
bratus. Nunc Basilipotamo.

86. Invito processit Vesper Olympo.) Vesper,
sive Venus e septem planetis unus, Solem
sepe comitatur. Et mane quidem dicitur
Lucifer; Græcæ *εσπερος*, qua etiam voce
Latine usus est Martialis Epig. l. 8. 22. 1.
Phosphore redde diem. Dicitur & Eous; id
est, matutinus, Georg. 1. 288. Aut cum Sole
novus terras irrorat Eous. Sero cum apparet,
vocatur Vesper, Hesperus, apud Plautum Vesp-
perugo. Hinc unico equo vehi putabatur, ut
Solem quadrigis, & Lunam bigis: sed equo
mane albo, sero fusco: unde, quia ex equo
in equum desiliebat, equos et dicebant des-
ultorios, ex Ildoro & Castodoro. Stellam
hanc alii Venerem ipsam dixere, alii Au-
roræ filium, alii fratrem aut filium Atrai-
tis, Hesperum nomine: qui cum altissimum
condensisset montem, ut inde sidera melius
contempleretur, in caelum raptus creditur,
& in Stellam mutatus.

Invito Olympo.) Quia captus suavitare
quasi captus ægre ferebat nosem cum Vesp-
ero procedere, quæ cantum abrumpet.
De Olympo, Ecl. 5. 56.

E C L O G A VII.

* MELIBOEUS,

ARGUMENTUM.

NARRAT Melibœus pastor contentionem amœbam, sive alternam, Thyrsidis & Cory-
donis; se coram & Daphnidæ iudicibus, qui Corydoni palmam addicunt. In Corydo-
ne possumus agnoscere Cornelium Gallum, aut Asinium Pollionem, utrumque posteos
laude florentem: in Thyrside poetam aliquem ex eorum æmulis: in Daphnidæ, com-
munem eorum amicum, epud quem illi contenderent: in Melibœo, Virgilium, qui
dam amicos consulti, de recuperandis agris & pecoribus sollicitus, assumitur ab iis in
iudicem, jubeturque de re sua securus esse. Certe sub his pastoribus non infime sortie
hominis latere vel ex eo potest conjici, quod avreas marmoreasque Diis vocantur sta-
tuas. Virgilium vero nihil prohibet hic Melibœum vocari, qui non unam in Elegiis
personam, sed multiplicem induit. Tityrum enim se, in prima Ecloga; Corydo-
nem, in secunda; Menalcam, in nona nuncupat. De scriptoris tempore nihil cer-
tum. Affinis est Idyllio Theocriti Octavo.

N O T Æ.

* MELIBOEUS.) A cura boum dictus: *μέλι* Ital. *Allodolotta*. Daphnis a *δάφνης* laurea. Thyrsis,
auræ est, *θύρσι* bos. Corydon a *κόρυδος*, alauda, a *κόρυς*, hasta pãpinis vestita in Bacchi sacris.

MELIBOEUS, CORYDON, THYRSIS.

MEL. Forte sub arguta confederat ilice Daphnis,
Complerantque greges Corydon & Thyrsis in unum:
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas.
Ambo florentes ætatibus, Arcades parati:
Et cantare pares, & respondere parati.
Hic mihi, dum teneras deservendo a frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerraverat: atque ego Daphnim

Aspi-

I N T E R P R E T A T I O.

MEL. Forte Daphnis recuberat sub ilice susurrante, & Corydon, atque Thyrsis conjunx-
erant simul greges; Thyrsis oves, Corydon capellas iumentis lacte. Uterque in flore ætatis, uter-
que ex Arcadia; & pares cantu, & parati ad ceriantandum. Circa hunc locum abbreviaverat ame-
bicus ipse dux gregis, dum munit teneras myrtos contra frigus. Ego vero statim Daphnim
video.

N O T Æ.

1. Ilice.) Arbore glandifera, Ital. *Lecio* pas, non procul a Mantua. De Arcadiis,
albero, Eclog. 1. 38. *Argentea*, seu frigidula; Ecl. 4. 58. *Myrtis*, Ecl. 2. 54.
vel ob avium in ea sedentium concentus; 7. *Vir gregis ipse*.) Caper pro hirco dictus;
vel ob ventorum inter folia suffurum; & *vir* per translationem: nam *vir* proprie
4. *Arcades*.) Vel ex Arcadia oriundi, hominum est. Sic G. 3. 125. de tauro: *Quem*
vel Arcadius arte canendi similes. Scena *legere dantem*, & *pecori dixere maritum*. Ho-
enim hujus Eclogæ, non in Arcadia, sed rat. Od. l. 2. 17. de capellis & hirco:
in Gallia Cisalpina statuitur, ad Mincii ri-
Omnis uxores mariti. Auctor hujus licentiæ

Aspicio: ille ubi me contra videt: Ocyus, inquit,
 Huc ades, o Meliboe; caper tibi salvus & hedi;
 10 Et, si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
 Huc ipsi potum venient per prata juvenci:
 Hic viridis tenera praeferat arundine ripas
 Mincius, eque sacra resonant examina quercu.
 Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam,
 15 Depulso a lacte domi quae clauderet agnos:
 Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnam.
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
 Alternis igitur contendere verbis ambo
 Caeper: alternos Musae meminisse volebant.
 20 Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

C. Nym-

video. Dyrini ubi me videt e regione, dixit: Veni huc cito, o Meliboe: hircus & hedi tui sunt in tivo: & si potes aliquantulum morari, quiesce sub hac umbra. Juvenci tui venient ipsi huc per prata ad petendum: hic Mincius tibi venis igitur ripas tenera arundine, & apes praeferat quercu lacu. Quid egissem? Namque non habebam Alcippen, nec Phyllida, quae domi separaret a matribus agnos abductos ab ubere. Praeterea magna erat contentio Corydoni cum Thyrside. Atamen postpositi mea negotia cantum illorum, inhaere capiti uterque certare verbis alternis: Musae enim volebant per voces ut cantarent. Hos Corydon, illos Thyrsis dicebat, sua quisque vice.

C. Nym-

NOTAE.

Theocritus, Idyl. 8. 49. Ο κύριος τῶν δεινῶν
 23. Mincius.) Fluvius Galliae Cisalpinæ
 lenissime fluens. Menzoe: e Benaco lacu emis-
 sus, Mantuum alluens, indeque influens in
 Padum.
 Eques sacra, &c. quercu.) Sacra apud Grae-
 cos, qui eam dicebant Jovi, & singulis ad-
 dicebant Dryades & Hamadryadas: quae
 cum illis viverent & occiderent: ab
 simul, & dicitur quercus. Apud Romanos item,
 qui Nymphas sive Vivas quercuclanas cole-
 bant, praefides illius quercu, quod Roma
 intra portam fuit, appellatam ideo quercu-
 clanas: ex Festo. Apud Gallos etiam,
 quorum sacerdotes Druicæ, inde quoque ap-
 pellati, sacra nulla faciebant sine quercu
 visco, Ital. Visco di quercia: ex Plinio l. 16. 44.
 Examina.) Apum coloniae, ad novas le-
 des quaerendas emissae: dicitur sic, vel ab ex-
 amendo, quia ab alyceibus excurrunt, vel melius,
 ut probat Vestius in Etym. quasi ex-
 amina simul ligata. Apes enim dicitur sunt ab
 antiquo verbo, apo: hoc autem deducunt ab
 ligo: quia saepe apes colligatae in cum-
 mulum videntur. G. 4. 257. Aut ille pedibus
 connexæ ad simina pendenti. Et adhuc Latine
 aptum dicitur, quicquid ligatum & conjun-
 ctum est. G. 3. 168. Ipsi e torquibus aptos jun-
 ge parvi, &c.

16. Et certamen erat Corydon, &c.) Anepi-
 tolin hic Ramus agnoscit, casum pro casu,
 Corydon, pro Corydoni. Erat Corydoni man-
 gnum certamen cum Thyrside. Alii certamen
 accipiunt, quasi certator: qua figura dicitur
 Aen. 5. 339. Nunc tertia palma Dioces: id est,
 tertius victor. De Musis. Ecl. 3. 60.
 21. Nymphæ, &c. Libethrides.) Primum
 hoc amebæum continet vota pro pœsi; pe-
 titque Corydon a Musis, ut tibi dent vim
 condendi carmina, qualem Codrus concessit:
 Nymphæ Musæ. Libethrides.) Praefides Libethrii
 fontis: quem Solinus c. 8. in Magnesia lo-
 cat, vocaturque praefidum poetarum; ceteri in
 Bœotia, ad Heliconem, auctore Pausania in
 Bœot. qui addit, signa ibidem esse Nympharum,
 & Musarum.
 22. Codrus.) Codrus Poeta fuit Virgiliti tem-
 porum aequalis: ut probat Servius ex ele-
 gis Valgii, quae perierunt.
 24. Hic arguta sacra, &c.) Mos fuit eme-
 ritorum aliqua in arte, ut artis instrumen-
 ta Diis ejus praefidibus suspendere. Sic
 Vejanius gladiator apud Hor. Ep. l. 1. 14. Ve-
 janius armis Herculis ad possem fixis laetis ab-
 ditus agro. Sacra pinu.) Sacra magna Deco-
 rum matri Cybele, propter amicum Aryn
 in pinum commutatam.
 25. Pastores hedera.) Hedera, non tantum
 lauro, coronantur Poetae. Vel quia, sicut
 lauri, sic hederae semper vivunt: ideoque car-
 minibus potendunt aeternitatem. Vel quia
 Poetae Baccho etiam sacri sunt, propter fu-
 rorem

C. Nymphæ, nosse amor, Libethrides: aut mihi carmen,
 Quale meo Codro, concede: (proxima Phœbi
 Verbis ille facit:) aut, si non possumus omnes,
 Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
 2) T. Pastores, hedera crescentem ornata poetam,
 Arcades, invidia rumpantur ut illa Codro.
 Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
 Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
 C. Setosi caput hoc apri tibi, Delia, parvus
 30 Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.
 Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota
 Punicæ stabis furas evincta coturno.
 T. Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis

Expe-

C. Nymphæ Bœotia, nosse delicia: vel inspirate mihi carmina, quæta inspiratis meo Codro: ille componi proxima carminibus Apollinis: vel, si non omnes possumus id assequi, hoc loco sanora mea ista suspendatur e sacra pinu. T. Pastores Arcadia, coronate hedera me poetam crescentem, ut Codro rumpantur viscera præ invidia: aut si laudaverit me ultra quam volo, coronatis mihi frontem baccare, ne lingua maligna fascinet poetam crescentem. C. O Diana, parva Mycon offert tibi hoc caput pilosi apri, & aviora cornua cervi longiora. Si hoc sit mihi stabile, statueris integra e polito marmore, legata calcamento purpureo circa stabis. T. O Priape, satis est te singulis annis expectare a me vas lactis, & has placenias:

NOTAE.

rorem, quo interdum Bacchantium inflat cor-
 ripiuntur. Unde et duobus Parnasi jugis, alterum dictum Cithra, sacrum est Apollo:
 ni; alterum dictum Nisa, sacrum Baccho.
 27. Laudarit, baccare frontem, &c.) Erat
 in laude immodica species quaedam fascina-
 tionis: quia Nemesia Dea, scelerum ultrix,
 & honorum remuneratrix, inde iram concipere
 putabatur; & ab eo, qui sic laudatus
 fuerat, penas repetere. Ait & Plinius l. 7.
 Diana Codrus, inquit Servius. Male: quid enim
 Diana, aper, & cornua ad pœsim? Mollius:
 ut quod in apri hujus et cervi venatione
 mihi contigit, hoc mihi fit proprium; nempe
 felicitate venari.
 32. Punicæ.) Hænis quoque sive rubri ce-
 tolis marmor est, porphyrytes: in Ægypto
 frequens ex Plin. l. 36. 7. Syra.) Syra pars
 est tibia maxime carnosæ & mollis; quæ
 fellis inest hominibus. Coturno.) Coturnus
 est calcamentum genus utriusque aptum pedi
 & utriusque sexui. Noh multum differre vi-
 detur ab ocreis, si quidem alte furas inclu-
 dit. Aen. l. 341. Punicæque alte furas vincit
 coturno. Fuit in usu, tam in venatione
 , ut hinc patet, quam in theatro, quo
 primum a Sophocle indutus est. Sed tragi-
 cus a venatorio in eo differt, quod tragi-
 cus spissiori fubere suppuccus esset, ad au-
 gendam dicentis staturam; ut innuit Velle-
 nus, per Myconem amicum, caput apri, &
 cervi cornua, vel arbori, vel fani valvis
 aut parietibus affigenda; tum statuum in-
 tegram prœmittit e marmore. Thyrsis pri-
 mo jocose agit cum Priapo ludicro numi-
 ne: mox ei, vineæ studio & inani fa-
 stantia, marmoream, aureamque statuum

voyet. De Delia, Ecolg. 3. 67. De Mycone,
 Ecolg. 3. 10.
) Si proprium hoc fuerit.) Si hoc mihi
 proprium, & quasi meum ac perpetuum ad-
 dicas. Sic enim Aen. l. 7. 6. Conubio jungam
 stabili, propriamque ditabo. Er Aen. 3. 87. Da
 propriam Thyrsidæ domum. Item Aen. 6. 87.
 propria hæc si dona fuissent. Quid autem est
 proprium, penas repetere. Ait & Plinius l. 7.
 Diana Codrus, inquit Servius. Male: quid enim
 Diana, aper, & cornua ad pœsim? Mollius:
 ut quod in apri hujus et cervi venatione
 mihi contigit, hoc mihi fit proprium; nempe
 felicitate venari.
 32. Punicæ.) Hænis quoque sive rubri ce-
 tolis marmor est, porphyrytes: in Ægypto
 frequens ex Plin. l. 36. 7. Syra.) Syra pars
 est tibia maxime carnosæ & mollis; quæ
 fellis inest hominibus. Coturno.) Coturnus
 est calcamentum genus utriusque aptum pedi
 & utriusque sexui. Noh multum differre vi-
 detur ab ocreis, si quidem alte furas inclu-
 dit. Aen. l. 341. Punicæque alte furas vincit
 coturno. Fuit in usu, tam in venatione
 , ut hinc patet, quam in theatro, quo
 primum a Sophocle indutus est. Sed tragi-
 cus a venatorio in eo differt, quod tragi-
 cus spissiori fubere suppuccus esset, ad au-
 gendam dicentis staturam; ut innuit Velle-
 nus, per Myconem amicum, caput apri, &
 cervi cornua, vel arbori, vel fani valvis
 aut parietibus affigenda; tum statuum in-
 tegram prœmittit e marmore. Thyrsis pri-
 mo jocose agit cum Priapo ludicro numi-
 ne: mox ei, vineæ studio & inani fa-
 stantia, marmoream, aureamque statuum

Expectare fat est: custos es pauperis hori.
 35 Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
 Si sortura gregem suppleverit, aureus esto.
 C. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
 Candidior cyenis, hedera formosior alba:
 Cum primum passi repetent præsepia tauri,
 40 Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
 T. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
 Horridior rusco, projecta vilior alga;
 Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est.
 Ite domum passi, si quis pudor, ite iuveni.
 45 E. Muscosi fontes, & somno mollior herba,
 Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra,
 Solfistium pecori defendite: jam venit æstas

Tor-tu es custos hori pauperis. Nunc te posuimus e marmore, juxta præsentem facultatem. Sed si factus reparaveris gregem, tu eris ex auro. C. Galatea, Neris filia, quætor mihi quam thymus Hyblæ, candidior quam cyeni, pulchrior quam alba hedera: factum autem saturati tauri reddunt in stabula: accede, si habes aliquam curam sui Corydonis. T. Ego vero appaream tibi æstivo quam herba Sardonica, spinosior quam ruscus, altilior quam alga ad litus egesta: si hæc dies non tibi jam videtur prætor, quam annus integer. Alite in stabulum, o herbes jam saturati: alite, si vobis est aliquid pudor. C. Fontes muscosi, & gremem dulce ad somnum, & vivens arbutus, quæ vos inumbrat raris foliis, protegite pecus contra calorem solstitium: æstas nunc imminet

NOTÆ.

cuomagis: quia in eo butyrum versando conficiebatur. *Lita.*) *Litum*, placenta genus, ex farina, melle, & oleo: sic didum, quia pars ejus in ignem sacrificiorum injecta Diis libabatur: *Litare* autem pro sacrificare sapie sumitur, cti proprie de liquidis tantum debeat dici, quæ paulatim effunduntur: *velis* enim est *sillo*. *Priape.*) *Priapus* Veneris & Bacchi filius, Lampiaco, quæ urbs est ad Hellepontum, natus Scamprinis cultus: cultus hororum, quorum in limine statuem ei rudem & quasi inforem ponebant.
 36. *Si sortura gregem suppleverit.*) Si danum, quo grex meus auctius est, factus novi reparaverint. *Fatura* enim sunt agni novi. *Supplere*, est, quod deest sufficere: *talia sunt in exercitu supplementa*, novi milites.
 37. *Nerine Galatea.*) Tertium amœbaum continet amica defideria. Corydon invitat eam tribus mollissimis blanditiis, ut sub noctem ad se veniat. Thyris tria imprecatur sibi, quod restetur diem sibi anno esse longiorem; & juvenicos incusat suos, quasi diutius pascendo præterierent diem, & noctem removerent. *Nerine*, id est, Nerei filia & Doridis, Nympha fuit a Pelyperci o amata, cui cum Acim, Siculum pascoræ, Fauni filium, sibi ab ea præferri intelligeret, eum rupe in passâ intercepti. Galatea mortuum pascoræ miserata, mutavit in fluvium cognominem, qui in Atna monte ortus in mare Siculum defertur. Corydon Galateam suam rusticulam, *Nerinem Galateam* hic vocat; quasi Nymphæ illi forma supparem.

Thymo mihi dulcior, &c.) Dulcior odore, non gustu. *Hybla* mons in Sicilia, thymo abundans, atque apibus.
 41. *Sardois herbis.*) Sic didis, quia nascuntur in Sardinia insula, & mandentium ora sic contrahunt, ut si quasi videntes earum veneno exortiantur. Unde proverbium: *Sardonicus virus*. *Ruscus*, Virgulum acutis foliis & pungentibus, Ital. *Agrioglio sorte d'erbe*. *Alga*, herba vilis, foliis lactuca similis, in mari nascens, unde ad litus egestatur.
 45. *Muscosi fontes.*) Quartum amœbaum continet commendationem agrorum & rectorum: agrorum quidem a fontibus, grammine, & umbra; rectorum autem, a loco & igne. De musco, *Ecol.* 6. 62.
 Somno mollior.) Mollis & commoda ad somnum. Sic dixit *Propert.* l. 3. 15. 29. *Et durum Zetum, & lacrymis Amphiona mollem*, id est, mollem ad lacrymas.
 47. *Solfistium pecori defendite.*) *Solfistium* duplex est, unum æstivum, in 1. gradu Carci, de quo hic agitur; tunc æstas est summa, dieque nobis longissimus: brumale alterum, in 1. gradu Capricorni; & tunc hyems funna diesque brevissimus. Solfistia dicta non quod ibi Sol stet immotus, sed quod ulterius non progrediatur, & iter sumum incipiat redegere: unde quia cundo & redeundo his eidem via videtur infigere ideo nobis quasi immotus apparet. *Solfistium* tamen, & *solfista*, præter Columellam veteres omnes de activo tantum intelligunt, ut hic

Torrida: jam lato turgent in palmitæ gemmæ.
 T. Hic focus, & tædæ pingues: hic plurimus ignis
 50 Semper, & assidua postes fuligine nigri.
 Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
 Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
 C. Stant & juniperi, & castanæc hirsute:
 Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.
 55 Omnia nunc ridet: at si formosus Alexis
 Montibus his abeat, videas & flumina siccæ.
 T. Aret ager, vitio moriens fitit aeris herba:
 Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit:
 60 Jupiter & lato descendet plurimus imbri.
 C. Populus Alcideæ gratissima, vitis Iaccho,

Torridissima, nunc gemmæ tument in sacundo palmitæ. T. Hic semper est focus, & tædæ pingues, & multus ignis, & lumina perpetuo sumo nigrantia: hic non magis timeamus frigus Boreæ, quam lupus timet multitudinem ovium, aut fluvii rapidi timentur ripas. C. Hæc sunt juniperi, & castanæc hirsute: Jacent hinc inde sub arbore sui quæque fructus: nunc omnia pulchra sunt: sed si pulcher Alexis descendat ex his collibus, virebitis hirsutos ipsos arentes. T. Campariæ sunt, grammina pervent exusta cali æstu nimio. Bacchus affudit montibus pampinos umbriferos: sed omnis fides revirescet ad adventum nostræ Phyllidis. & multus aer sobovet in plurimum ferentem. C. Populus acceptissima est Herculi, vinea Baccho,

NOTÆ.

hic Virgilius; hyemale vero *brumam* vocant, ita *Cerdanus* in G. 1. 100. Dicitur porro, Descendere aliquem ab aliqua re, supra v. 6. *teneras* descendo a frigore myrto; & descendere aliquem rem alium, ut hic, & apud *Horat.* Od. l. 1. 17. 3. *tenentur desponsis æstatem capellis.*
 48. *In palmitæ gemmæ.*) *Palmes* proprie de vitibus dicitur, id quod in arboribus *succulus*: nempe lignum illud, quod ex ipsa stirpe quæ tannis emergit, gemmaque producitur; quæ deinde abeunt in virgulas: virgulæ autem velint palmæ digitos exhibent. *Gemmæ*. *Nota* sunt palmitum, qui corticem rumpunt, & in pampinos aut racemos evadunt. Dicitur quoque oculi, ob figuram.
 49. *Hic focus & tædæ.*) *Focus* locus est concinens ignem. *Tædæ* ligna, quæ in sacrificiis pro face adhiberi solita: unde sapie apud poetas *tædæ* pro facibus.
 51. *Boreæ.*) *Ventus* est flans a septentrione, frigidus & siccus: a *Boo* clamo, & *Boo* decurro; quia flat cum sonitu. Vocatur & *Aquila*, a vehementiori flatu & volatu: quasi *Aquila*, inquit *Pellus*. *Strymonis* Macedonia fluvii filius, Orithyiam Brechetæ Athenarum regis filiam rapuit, ex qua suscepit Calaim & Zetum, quibus deinde ex patria origine alæ successerunt.
 53. *Stant & juniperi.*) Quinto amœbae deferuntur effectus varii præsentia & absentia amici & amicae. *Stant hirsute*, nempe nuci-

For-

bus, quæ cum hirsutis echinis incluse sint, arborem ipsam, si multæ sint, amœna quadam hirsute ipseabilem reddunt. Ita *Æn.* 6. 300. *stant lumina flamma. Juniperus.*) Arbor foliis, spinarum in modum, angustis & acutis: baccis parvis rotundis, & odoratis, *Ital. Giuniperi.* De castanæc, *Ecl.* 1. 82. *Vertus gravitate insignis*, propter spondæum quinti pedis, & hiatum geminum syllabæ longæ, abique *synalepha*, more Græco, 54. *Sua quæque sub arbore poma.*) Multiplex est interpretatio. I. *Quæque poma* jacent, sua sub arbore. At tum sua vel contrahitur unam in syllabam, ut in *suavis, aureus*; vel sua, non sua dictum est, more veterum, qui *su*, *su* sum dixerunt: inprimis *Ennius*, cuius *su*, *su* sum dixerunt: inprimis *Ennius*, cuius in fragmentis exstat: *Postquam lumina sic oculis bonus Ancus reliquit. Il. Quaque sub arbore, sua jacent poma.* At tum legitur quaque non quæque, ut ad arborem referatur: sed sine veterum librorum auctoritate. III. *Abique* his tricis, quidni dicit: *Sub arboribus jacent sua quæque poma.*
 58. *Libes.*) *Bacchus*, de quo *Ecl.* 5. 30. sic didus; vel quia *Beotium*, in qua natus erat, liberam fecit, ut ait *Plutarch.* *Vel* quia vinum liberat animum curis, aut loquendi libertatem inducit.
 60. *Jupiter & lato.* *Æn.*) *Jovem* veteres aetrem dixerunt: eundemque *Vestæ*, sive *Terræ* conjugem, quam imbre fecundant. *G.* 2. 325.
 61. *Populus Alcideæ.*) *Sextum* & ultimum amœbaeum laudes prosequitur amici & amicae,

- Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
65 T. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis?
Sæpius at si me, Lycida formose, revisas,
Fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.
M. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsia.
70 Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

myrtus pulcherrima Veneri, Apollini sua laurea. Phyllis amat corylos: quamdiu Phyllis amat illas, nec myrtus, nec laurea Apollini superabit corylos. T. Fraxinus formosissima est in nemoribus, pinus in hortis, populus in fluminibus, abies in montibus excelsis: sed si me sæpe intrusas, o pulcherrime Lycida, fraxinus in nemoribus, pinus in hortis, cedet tibi. M. Recordor illorum carminum, & quod Thyrsis superatus frustra pugnaverit. Ab illo tempore Corydon, habetur a nobis aere Corydon.

NOTÆ.

ca, casque laudes a variis arboribus petit. Populus, Ital. Pioppo, sacra Herculi, quia in populo coronatus adiit inferos: unde pars ea foliorum, quæ capiti appressa erat, ex capitis sudore palluit; quæ pars ad auras obveria erat, loci fuligine nigram quandam viriditatem contraxit. De populo, G. 2. 13. De Alcide, Æm. 5. 414. Vitis. Baccho facta; quia vini inventor apud profanos auctores habetur. De Laccho, Bacchi nomine, Eclog. 6. 15.
62. Myrtus. Veneri sacra, vel propter odoris delicias; vel quia frequens in litore maris, cuius e spuma Venus orta fingitur, Eccl. 2. 54. Laurea. Sacra Phœbo, propter Dapnen in laurum mutatam. Sumitur sæpius pro corona e lauro: hic tamen pro ipsa arbore: ut & apud Hor. Od. l. 2. 15. 9. Tanaësisia ramis laurea. De lauro, Eccl. 2. 54. De corylis, Eccl. 1. 14.
65. Fraxinus, &c. Ital. Frassino. Abies, Ital. Abete, forse di legni, &c.

69. Et victum frustra, &c. Victoria penes Corydonem. Quia Corydon in primo amœbio orditur a pietate in Deos: Thyrsis a rabie, quia inimicum incestit. In secundo Corydon invocat Dianam castum numen: Thyrsis Priapum, obsecrum Deum. In tertio Corydon blandissima vota facit: Thyrsis dira imprecatur sibi. In reliquis Corydon læta, Thyrsis tristitia ut plerumque canit.
70. Ex illo, &c. I. Servius vult hic sensum abruptum esse, ex decore pastoralis rusticitatis: & sic supplet: Ex illo tempore Corydon est nobis; habetur a nobis, victor nobilis supra omnes. Sed hoc durum. II. Nannius unus omnium legit, non quidem nobis, sed nobilis, seu nobilit per contractionem: sed hoc durius & absque auctoritate. III. Simplicius: ex illo tempore Corydon habetur a nobis vere Corydon; id est, vere dignus ea fama, qua floret apud omnes.



ECLOGA VIII.
* PHARMACEUTRIA.
ARGUMENTUM.

LÆ sunt hujus Eclogæ partes. Prima est tertio, secunda & secundo Theocriti Idyllia fere deprempta. In prima juvenis, Nisæ puellæ proci, Mopsum vivalem sibi prelatum dolet. In secunda venefica Daphnim, a se aversum, incantationibus magis ad se, suumque amorem pellicit. Primam canit Damon, secundam Alphesibœus: noster in sua; sed hic in veneficâ, ille in precî persona. Utrumque pastorem inducit Virgilius. Tum opus dicat Asinio Pollioni; non, ut multi putant, Octaviano Casari; quemadmodum notæ docebunt.
Scripta est anno U. C. 715. Virgilius 31. L. Marcio Censorino, & C. Calvisio Sabino Coss. cum Pollio, subactis Partbinis, & perlustratis oræ Illyricæ populis, per Venetiam & Timavi suavi oria, Romam ad triumphum rediret.

NOTÆ.

* PHARMACEUTRIA. Id est venefica; ἐπιμαχική, veneficâ, & ἐπιμαχίη, veneficâ. ἐπιμαχίη enim ambigua vox est: & modo retulit Titulus autem ad secundam tantum Eclogæ medium, modo venenum significat: unde partem attinet, quæ canitur ab Alphesibœo.

DAMON, ALPHESIBOËUS.

Pastorum Musam, Damonis & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata juvenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis Musam dicemus & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas jam faxa Timavi,

Sive

INTERPRETATIO.

Narrabimus carmen pastorum, Damonis & Alphesibœi, quos canentes admiratæ sunt vacca oblitæ pabuli: quorum ad cantum obstupere lynces, & fluvii turbati sobiberunt suos cursus. Tu mihi tave, o Pollio! sive jam transcendis rupes Timavi,

NOTÆ.

DAMON. Eclog. 3. 17. ALPHESIBOËUS. 1. 2. 18. 25. Alcmena geminas requieverat Arctos. Et Seneca in Hercule Oetzo 1586. Quam tuas laudes populi quiescant.
3. Lynx. Lynx, animal acutissimi visus e luporum cervariorum genere, maculosa & varia pelle.
4. Requieverunt, &c. Vel neutrum est, hoc sensu: Flumina mutata secundum suos cursus, id est, mutato cursu desecentia ab alveo, ut cistumque Sextum Pompeium. Pollionis autem pastores currentes, quieverunt & steterunt, postquam ad eos pervenere. Vel activum est hoc sensu: flumina steterunt cursum; mutata, id est, turbata: undis quæ affluebant, in eas quæ jam steterant, incurrentibus. Sic Propert.
5. Tu mihi tave, o Pollio! sive jam transcendis rupes Timavi, res in telli.